

1) *In nummo Neapolitano (apud Sambon monnaies de la presqu'île Italique p. 144, 4) ad caput iuvenile cornutum (fluvii) adscriptum est Σέπειδος. Nympham Sebethidem memorant Vergil. Aen. 7, 754 aliique.*

3902 Tiberino | sacr.

Baschi inter Ameriam et Tuder, supra Tiberim (XI 4644 Giovanellius quidam descripsit a. 1744). — Tiberinum habes praeterea supra N. 626. 2452. — Volturno flumini videtur dedicatus fuisse titulus Eph. ep. 8, 576.

3903 Pado patr[is].

Pigognagae prope Gonzagam, 40 chil. ab alveo qui nunc est fluminis Padi (Bull. inst. arch. 1876 p. 85 descr. Atilius Portioli Mantuanus).

3904 Duri¹ | C. Iulius | Pylades.

Prope Portum (O Porto) Portugalliae (II 2570 semel descripta saec. XVI). — 1) Significatur sine dubio Durius fluvius.

3905 Genium Baetis, | sig[*num aere*]um | L. Iulius s |
[*voto*] susc[*ep*to] | rinorum | de salario suo annuo | ex X^1 LXII
cum base | d. d. d.

Prope Hispalim, iam in ipso oppido Sevilla (II 4465 vidit Huebner). — 1) Denarius.

3906 [G]eni[o] numinis | Caput-amsagae¹ | sacrum, | C. Arruntius |
Faustus, Arrunti | Proculi filius, | magistratus² | permissio ordinis | suis pe-
cunis fecit | itemque dedicavit | libens animo.

In pago agri Cirtensis Sila (VIII 5884 vidit Wilmanns). — 1) Ampsaga fluvius Cirtam praeterfluit, hodie dictus Rumel. Pro eius parte superiore ab antiquis habitum esse rivum Bu Mersug, qui prope Cirtam in illum incidit, hic titulus docet. — 2) Magister pagi.

3907 Savo et Ad[sallutae] | sacr. | P. Ant. Secundus | v. s. l. m.

Ad Savum, non longe a loco ubi in eum influit fluvius Sann, prope Saudörfel rep. (III 5138 vidit Mommsen). Tituli Savo et Adsallutae vel etiam soli Adsallutae dicati eodem loco complures alii prodierunt (III 5134 cf. 44680. 5436. III S. 44684. 44685; item sine dubio eodem loco rep. III 5135). Adsallutae vocabulo significare fluvium Sann recte sine dubio coniecit Knabl Gratzensis.

3908/9 Savo Aug. | sac. | M. Iuentius | Primigenius | et soci v. s. l. m.

Scitarjevi in Croatia, in Savi alveo ut videtur antiquo rep., nunc Agram (III 4009 p. 4746 vidit Mommsen).

3910 Vidaso | et Tianaë | sacr. | Q. . . llius | [F]ulvus | v. . . s.

Topusko in Croatia (III S. 40849 descr. Kalinka et Swoboda). Iisdem ut videtur numinibus dedicatus est lapis eodem loco rep. III 5944. Fluviorum numina fuisse coniecit Ihm arch. ep. Mitth. 1896 p. 78.

3911 Danuvio | defluenti | Ti. At[e]rius Ca[l]linicus v. s.

Aquinci (Ofen) rep. (III 3446 vidit Mommsen).

3912 in h. d. d. | l. o. m. et Danu[vio] ex vot[o] Primanus | Secundi
v. s. l. l. | Muciano et Fabi[ano] cos.¹

Ad Danuvium loco dicto Ristissen (inter Ulm et Biberach) (III 5863 aliquoties descripta). — 1) A. 201.